

1
2
3.
4.
5
6
7.
8
9



1711.

1. Berber, Gottfried: De jure societatis armorum cum profanis.
2. Meier, Johannes Henricus: De creditorum paternorum chirographiorum et filii creditorum hypothecariorum concursu in bonis feudalibus.
3. Meier, Johan Henricus: De tutela nativa.
4. Meier, Joh. Henricus: De jure praehonorario.
5. Oheim, Johannes Sebastianus: De salario advocati in propria causa vincentes.
6. Reinhardt, Tobias Jacobus: De jure eligendi ex obligatione alternativa.
7. Reinhardt, Tobias Jacobus: De incauto contractu cum universitatibus.
8. Rothe, Christophorus: De actionibus conjugum maritis.
9. Tenzell, Ernestus: De famoso rescripto imperatorio.
l. 2. c. de rescript. venet.

10. Tenzel, Emerich: De vigilantia in iure necessaria
 11. Treiber, Joann Philippus: De iure palatiomm
 12^a Treiber, Joann Philippus: Dialectica iuridica,
 representans verum dominum tangens mala fidei pos-

12^b ^{Sermonem} Testi, Inquis: Fac. iud. Decana: Puzos, Disputationi solenni
 13. Wächter, Joann Conradus: De interrogatoriis

etiamque 1139.

1712.

- 1^a Fröcher, Faculus: De praesentium hominum avaritia
 16^a Lindner, Hieronymus: De ceteritate vulnorum.
 2. Meier, Joh. Henricus: De incendiis, tam civilibus,
 quam criminaliter consideratis
 3. Meier, Joann Henricus: De uno teste plane probante
 4. Meier, Joh. Henricus: De collatione bonorum
 5. Meier, Joh. Henricus: De rescriptis superiorum
 6. Reinhardt, Totius Faculus: De bona fide in praescriptis
 siustus non necessaria

7. Reinhardt, Tobias Jacobus: De eo, quid circa $\frac{1}{2}$ stipendia et studia justum sit.
8. Rosenfeld, Israel: De administratione bonorum absentis proximis successuris competente
9. Streit, Joh. Philipp: De iudice viceo partium et advocati suppleto
10. Streit, Joh. Philipp: De incongruis juramentorum re et relationibus.
- 11^{a, b, c}. Tengel, Ernestus: Dissertatio juridica sistens probationem et reprobationem bonorum cessatorem
12. Ziegler, Aug. Henr: De donatione inter vivos.



11
D. D. B. VI. G. B. num. 17. *Jan. 1712, 3*

DE
UNO TESTE
PLENE PROBANTE,

18

P. 24

QUAM
IN ELECTORALI ERFFURTHENSI ACADEMIA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S. R. I. COMITE de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO ET CAMERARIO, NEC
NON METROPOLITANARUM ECCLESiarUM, MOGUNTINÆ ET TREVIRENSIS CA-
NONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE SUPREMO CHORI-EPISCOPO,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO
INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIIQUE ERFFURTENSIS
PRO-PRINCIPE, ETC. ETC.

SUB MODERATORE

DN. JOHANNEN HENRICO Meier / Jcto,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO REGIMINIS,
JUDICII PROVINCIALIS ASSESSORE, PROF. DECETAL. PUBL. FACULT.
JURIDICÆ p. t. DECANO ET SENIORE,

FAUTORE SUO VENERANDO,

PRO

GRADU DOCTORALI
CAPESSENDO,

DIE xvii. FEBRUARII, MDCCXII.
PUBLICÈ DEFENDENDAM
SUSCIPIET



JOHANNES CHRISTIANUS LOHSE,
LIPSIENSIS-MISNICUS.

Typis JOH. HENR. GROSCHII, Acad. Typogr.

G. G. G.



DISTRIBUITO IUDICIA IN AUCURARIIS

UNO TESTE

PIBINE PROBANTE

IN FORTI...
MILITIA...
MILITIA...

PHILIPPO WILHELMO
SAC. COMITIS & BOHEMIE


...
...
...

DR. JOHANNES HEINRICH...
...
...

GRADU DOCTOR ALLI

JOHANNES CHRISTIANUS LONSE
...
...

...
...



I. N. D. N. J. C.

PRÆFATIO.



Unnam testimonium utilitatem ac necessitatem pro dignitate commendare si velimus, breves hæc pagine non sufficerent; Paucis nos ut expediamus cum Arcadio statim in l. i. ff. de Testib. dicimus testimonium usum & necessarium & frequentem omnino esse. Quis enim nescit? ut alios taceam usus, inter tres illos notissimos probandi modos, qui in processu imprimis ordinario admittuntur, non minimum locum occupasse, qui per testes fieri solet, ceu constat ex l. 15. C. de testib. adeo, ut etiam propter insignem quem præstat usum in Praxi, non ineptè à Fibigio in Processu Civili cap. 2. §. 15. p. m. 58. primo statim positus sit loco. Verum quò major hinc testimonium usus, eò difficilior etiam tota de testibus materia esse videtur; Hinc tantæ jam olim apud Romanos circa numerum testimonium ortæ sunt difficultates, ut amplissimus prorsus eorum numerus

A

numerus

numerus per leges publicas maxime per Servilianam definitus fuerit, quã, ut Valer. Maxim. Lib. 8. c. 1. scribit, centum atque viginti hominibus testimonium dicere licuit. Quo etiam factum, ut perdito hoc seculo iniqui litium fautores, quo magis adversarium laboribus impensisque fatigent, ingentem numerum testium in iudicium producere soleant; Quae tamen effrenata productio postea Constitutionibus Principum ad minorem numerum & quidem communiter duorum iusta ratione coarctata fuit l. 1. §. 2. l. 12. ff. & l. 9. C. de testib. qui etiam, ubicunque ius commune, statutum, aut consuetudo testium numerum expressè non determinat, requiritur, cit. l. 12. & regulariter unius testis dicto non creditur, l. 9. §. 1. C. de testib. Quod si verò iusta causa subsit, tutò etiam posse credi uni testi, si e. g. dignitas, excellentia & fides personae vel natura rei & veritas causae, ob quam credibile non sit, testem mendacium dicturum &c. accedat: existimo. Cumque mihi in praxi, quam hactenus exercui, nonnulli ejusmodi casus obvenerunt, existimavi, me non inane laborem suscepturum, si thema Disputationis meae Inaugurali de **UNO TESTE PLENÈ PROBANTE** elaborarem; At quia certam methodum propter variarum occurrentiarum diversitatem servare haud possum, hanc dissertationem sic perpendere constitui, ut caput primum brevissimam explicationem verborum in themate adhibitorum; caput secundum verò casus, in quibus unius testis testimonium plenè probat, arbitrario ordine exhibeat. **TU** autem, **DEUS** aeternae, qui solus oculatissimus es testis, fac, ut nostrum propositum cedat **FELICITER!**

CAPUT

CAPUT I.

Verborum in rubro adhibitorum explicationem exhibens.

Th. I.



Um Philosophi, pariter atque JCti
vocalulorum in rubro adhibito-
rum explicationem desiderent, &
secundum Ulpianum in *L. 1. ff. de
Reb. Cred.* rerumque notitia a ver-
borum cognitione dependeat *arg.
l. 7. §. fin. ff. supell. legat. l. 1. ff. de A.
vel A. P.* & nos morem & huic mori gerere, & pau-
cula de verborum intellectu differere constituimus.
Primum itaque vocabulum *unus* est primitivum &
aliquando nota nominis appellativi, quoties enim vox
unus adjicitur in lingua germanica nomini substan-
tivo, toties reddit sermonem in definitum, ita: *Hæres,*
homo, animal &c. germanicè dicitur. *Ein Erbe / ein
Mensch / ein Thier* &c. Hic autem est adjectivum nu-
merale idem significans ac unicus habetque naturam
restrictivam & excludit omnem pluralitatem, itaque
hic testis unus est, idem quàm *ein einiger Zeuge* qui
enim de uno dicit de alio videtur negare, *Besold. in
thesaur. pract. lit. E. verb. Einer Eins; Jacob. Speidel. sub
verb. Einig; Moller lib. 1. semestr. cap. 47. n. 3.* Itaque cum
nostro unico teste non convenit *singularis*, qui descri-
bitur testis, habens alios contestes, deponens ea, quæ
contradiciunt depositioni aliorum testium, vel super
diver-

diversis; Ideoque mille testes singulares juxta communem Dd. opinionem minus probant, quam unus, quia alter alterius fidem dubiam reddit. E contra testis unus efficit semiplenam probationem; juramentum suppletorium decerni; imò, pro casuum qualitate, etiam pro plenâ probatione valere posse; ut in *cap. 2. hujus dissertationis* demonstraturi sumus, quæ omnia in teste singulari cessant. *vid. Carpzov. P. 1. C. 16. D. 40. & Ejusd Proc. Civ. tit. 13. art. 3. n. 5.*

Th II.

Alterum vocabulum *testis* dicitur, quod quidam dictum voluerunt: quasi tuentem statum, i. e. quod causæ statum tueatur; hoc tamen displicet Perotto in *Corn cop. coll. 116. in fin. vid. Job. Linneus in Jur. Publ. lib. 1. c. 10.* Nos verò, cum Mejero in *C. J. A. tit. de testibus* descendere putamus à testando, quod significat, tum suis verbis aliquid asserere, tum alterius fidem & conscientiam invocare, quod ea, quæ de re gesta sentit, in judicio dicat ac proferat. *Ibid. lib. 5. Etym. c. 23.* Olim quidem latius testis vocabulum patuit, nam *superstes & Antistes* dictus est, quod ipsa lex XII. tabularum probat *per vers. Superstitibus presentibus vindicie sumuntur. Plaut. in Artem apud Faustum lib. 17. in superstites.* dictus quoque fuit *Antestatus, & Antistitor, Cajus in Inst. quib. mod. fil. exc. de patr. pot. c. 10. §. de V. S.* dicti quoque sunt *Advocati*, quia advocabantur ad rem aliquam peragendam *Plaut. in Pœnal. Act. 3. Scen. 1. & passim Cicer. pro Cæcin. Sect. 22. in fin. it. Sacramentales; Sic in jure feudali*

feudali dicitur Vasallum jurare debere cum XII. Sacramentalibus 1. Feud. 4. §. 2. 1. Feud. 10. & 26. §. 1. Ritterh. in Nov. p. 9. c. 22. n. 8. in actibus verò testamentariis aliisque ubi scriptura requiritur vocantur Signatores, l. 22. ff. de testib. l. 3. §. 9. de tab. exhib. Denique Arbiter quoque dicitur, sic apud Justin. lib. 24. n. 5. in hoc mitteret Arbitrum jurisjurandi, & Cicer. lib. 3. offic. verb. surrexit è lecto remotisque arbitris ad se adolescentem jussit ire.

Th. III.

Sequitur in ordine vocabulum *plenè*, quod est adverbium, derivatum à nomine adjectivo *plenus* & sæpius in jure nostro occurrit. Sic *pleni ventris* mentio fit in l. 84. ff. de Aqv. vel omitt. hered. *pleni juris* in l. 29. ff. qui & a quib. manumiss. *Plenæ fidei* in l. 21. ff. de donat. l. 19. que in fraud. cred. sumiturque de eo, in quo nihil amplius desideratur arg. l. 42. pr. ff. de Vulg. & Pupill. subst. in vernacula nostra *vollkommen* sive, ut Jcti loqui solent, *zur Nothdurfft* / ejus etiam usus in probationis materia est maximus, ab eodem enim probatio *plenam* inter & *minùs plenam* distinguitur; it. in *semiplenam majorem* & *semiplenam minorem* vid. Lauterbach. in Compend. Jur. Civil. ad tit. ff. de Probat. Wesenb. ad d. tit. in ..

Th. IV.

Denique restat vocabulum *Probare*, quod, quia alias vulgò notum est, in ejus indagazione non moror. In jure verò nostro partim capitur pro *approbare*, undè dicitur probati fidejussores l. 9. ff. de his qui satisd. cog. probatum opus, l. 38. ff. locati, Probati

milites *l. 1. C. Theodos. de Tyroneb.* vel pro experimento rei factæ; Sic dicitur probatum vinum *l. 11. ff. de commod. & peric. rei vend.* Probata uxor *l. 26. ff. ad Jul. de Adult.* Quorsum etiam pertinet Medicorum proverbium: Probatum est. Demum pro fidem certam negotii facere; unde aliquid evidenter probare dicitur in *l. ult. §. 1. ff. Scrum Turpil.* cui respondet probatio liquida *l. ult. ff. de Jurejur.* Manifesta *l. 2. C. de error. Advoc.* Indubitata & luce meridiana clarior. *l. ult. C. de Probat.* & hæc significatio est hujus loci.

Th. V.

Evolutâ itaque pro instituti ratione notatione nominum, jam ipsa realis subjicienda venit definitio; describitur autem *testis* quod sit persona, quæ ad alicujus rei dubiæ fidem faciendam à judice vocatur & examinatur *l. 22. ff. de testib. Struv in Syntag. Jur. Civ. Exerc. 28. th. 31. Lauterb. in Compend. Jur. ad ff. tit. de testib. pr.* Nunc ordinis ratio exigeret, ut divisiones testium subjiceremus. Sed quia commentatores ad tit. de testib. easdem latè tractant, vix ac ne vix quidem operæ pretium erit, his temerè immorari, sed B. L. potius ad Dn. Struvium, Eekoltum, Lauterbachium & alios commentatores remitto.

Th. VI.

Hisce præmissis haud inconvenienter subjicitur Quæstio quædam generalis & quasi præjudicialis; An probatio per unicum testem plena dici possit? quam sub distinctione affirmamus; distingvimus enim

enim probationem plenam in regularem & irregula-
rem. Regularis describitur, quæ sola judici tantam
fidem facit, quanta est necessaria ad causæ decisio-
nem & fit per duos testes omni exceptione majores,
Carpz. p. 1. c. 23. d. 4. n. 5. per instrumenta publica
arg. l. 11. C. de fide Instr. Lauterb. in Comp. Jur. Civ. tit.
de fide Instr. & quotiescunque probationis mentio
in legibus fit, toties hæc sub intelligitur *Carpz. p. 1.*
c. 12. d. 33. n. 2. Irregularis ita describi potest, quod fit
probatio, quâ per unicum testem omni exceptione
majorem judici tanta fides fit, ut ex hujus testimonio
solo, nullo alio adminiculo concurrente reum, vel
condemnare vel absolvere possit. Fitque, ut in de-
finitione, per unum testem omni exceptione majo-
rem, cui lex aliqua plenam fidem tribuit; nec obstat,
quod per unum testem O. E. M. tantum semiplena
probatio efficiatur (quod tamen etiam negat Mejerus
in C. I. A. tit. de prob. n. 3. quem tamen fusè refutat
Stryck in Dissert. de Semiplena Probatione *c. 1. §. 6.*)
responderetur: distingvendum esse inter testem omni
except. maj., cui lex plenam fidem tribuit; &
testem O. E. M. simpliciter; Hic tantum facit semi-
plenam probationem *Carpz. p. 1. c. 23. d. 4.* quæ ut plena
efficiatur, desiderat ad sui perfectionem Juramentum
suppletorium *Mynsing. Cent. 2. obs. 68. n. 6. Brunem. in*
Proc. Civ. cap. 18. n. 10. Mevius Vol. 5. Decis. 282. aut
aliud adminiculum, *vid. Lauterb. in Comp. Jur. Civ.*
tit. de Prob. Ille verò, propter legis asistentiam, nul-
lo alio accedente adminiculo, vel juramento supple-
torio solus plenè probat, videatur *c. 11. x. de testib.*
Nicol.

Nicol. Vigel. in methodo juris Controv. l. 2. c. 13. n. 60.
Prosp. Farinac. de testib. qu. 63. c. 1. Card. Tusch. concl.
280. & seqq. Speculator. de testib. §. restat. Rubr. de
num. test. ubi refert casus ejusmodi XXX Neque
etiam obstat I. Jus Naturæ. II. Jus Divinum Deut.
XVII v. 6. & XIX, v. 15. Num. XXXV, v. 35. Math. XVIII.
v. 16. Joh. 8. v. 17. 2. Cor. XIII, v. 10. Ebr. 10. 28. in verbis:
Den Todschläger soll man tödten nach dem Munde zweyer
Zeugen; ein Zeuge soll nicht antworten über eine Seele
zum Tode / &c. III. Jus Canonicum in cap. 23. 28. &
10. x. de testib. verb. nec unius testis scil. testimo-
nium ad condemnationem sufficiat alicujus &c.
IV. Jus Civile in l. 20. ff. de quest. verb. testimonium
unius hominis non debet admitti &c. Et in eadem
lege unius testimonio non est credendum. it. in l. 9.
§ 1. C. de testib. ubi Imperator Constantinus ait:
Ut unius omnino testis responsio non audiatur, etiam-
si præclaræ curiæ honore præfulgeat &c. Quia I.
Jus Naturæ nihil præcisè determinat & præcipit cir-
ca modum probandi, vel si testibus probatio susci-
pienda circa numerum testium, nec etiam prohibet
quò minus ad unius testimonium sententia ferri
possit, sed potius arbitrio humano, vel illius, qui
το νέειον in societate civili tenet, id relinquit arg. l. 6.
de J. & J. quod tamen arbitrium rationi conforme
& tale esse debet, ne primis principiis de non læden-
do altero, jusque suum cuique tribuendo repugnet
II. & III. Jus Divinum & Canonicum loquuntur de
probationibus criminum, in quibus plenè probandis
unus testis non sufficit, requiruntur enim ibidem
pro-

probationes indubitatae & luce meridiana clariores
l. fin. C. de probat. Menoch. Arb. Jud. quæst. c. 5. c. 464
n. 1. imò satius esse dicitur, impunitum relinquere fa-
cinus nocentis, quam innocentem damnare. *l. 5. ff.*
de Pæn. IV. Civile in allegatis legibus loquitur tan-
tùm de probatione plenâ regulari, quòd tamen uni-
versaliter accipiendum non est, quia nulla regula sine
exceptione; quod clarè indicat tanquam lex obstitans
alleg. *l. 9. §. 1.* ubi particula *FACILE* indicio est, quod
in nonnullis casibus exceptis unus testis plenè pro-
bet. *Wissenbach. tit. π. de testib. n. 32.* Speciales enim
casus non comprehenduntur sub iudicio regulæ, nec
ius singulare ex regulis juris communis dijudicari
potest. *Card. Tusch. Pract. concl. jur. tom. 7. concl. 302.*
His ita præmissis sine ulteriore ambage accedendum
est ad Exercitationis

CAPUT II.

*Casus, in quibus unius testis assertio
plenè probat, continens.*

Th. I.

PRimo itaque, uti in omni negotiorum genere
potissima solet haberi ratio eorum, quæ à con-
trahentibus gesta sunt, quippe quibus propriè
competit facultas legem dicere contractui, *l. 10. C.*
de Pact. l. 1. §. 6. ff. de posit. ita quoque si partes inter
se convenerint, se stare velle unius testis dicto, valet

B

hoc

hoc pactum *Prosp. Farin. de testib. qv. 63. n. 18. Mascard. de prob. lib. 1. concl. 386. n. 5. Nicol. Vigel. in method. jur. contro. lib. 2. c. 13. n. 10.* quia probandi vim etiam illa accipiunt ex consensu partium, quæ ad hanc aliàs inepta, l. 14. ff. de dot. præleg. *Movius part. 2. decif. 96. n. 5.* hinc fluit, quòd iudex in lite decidendâ unius testimonio stare possit, quando sic inter partes conventum est l. 1. pr. ff. quare rer. act. non dat. l. ult. C. de fideicommiss. *Craveit vol. 1. Consil. 100. n. 15.* Accedit, quod mutuâ partium conventionem privatæ scripturæ, minus solemniter factæ, vis plenæ probationis tribui possit *Soc. in l. 1. §. fm. n. 5. ff. de V. O. Anton. de Butr. in c. 2. de fide Instr. & Mascard. concl. 3. n. 17.* Dissentit quidem *Innocent. in c. cum P. de fide Instr.* quem tamen *Hippol. de Marsil. in repet. rubr. C. de probat. n. 301.* ita conciliat: Hoc certum, hanc pacti efficaciam ultra casum, ubi de interesse partium agitur, non extendendum esse; alia enim est ratio causarum criminalium ob rationem in thes. ult. cap. 1. supra allegatam. Accedit porro, quod partium conventionem fieri possit, ut adversarii ipsius dicto stetur l. f. C. de contrab. emt. vend. l. 22. §. 1. ff. §. 1. ff. de Reg. Jur. Ceu praxis quotidiana in juramentorum decifivorum deet relatione probat, ubi jurantem testem & iudicem facimus in propria causa contra l. 10. ff. & 10. C. de testib. *Didac. Covaruv. var. resol. lib. 2. c. 13. n. 2.* & hanc opinionem esse communem asserit *Jason in l. jusjurandum, quod ex conventionem & c. 2. column ff. de jurejur. Alexand. consil. 47. lib. 1. n. 4. & lib. 2. consil. 54. n. 1.* imò partes efficere possunt, ut uni testi injurato creda-

credatur *arg. Ord. Proc. Sax. tit. 20, §.* Wenn es nun *re. verb.* Den gewöhnlichen Zeugen Eyd leisten / und dessen keiner / ohne beyder Theile ausdrücklichen Bewilligung erlassen werden *conf. Carpz. Proc. Civ. tit. 13. art. 4. n. 84.* & ut alias inhabiles testes plenè probant. *Idem c. l. art. 5. n. 13. Hipp. de Mayfl. in Repet. Rubr. de prob. n. 278.*

Modò I. pacificentes etiam sint personæ, quæ contrahendo se obligare possunt: sic impediuntur infantes, impuberes, furiosi &c. §. 9. *Inst. de inutil. stip. l. 5. §. 40. ff. de R. I. prohibentur;* qui alieno nomine litem in judicio tractant, nisi habeant speciale mandatum, aut sint procuratores in rem suam, hi enim loco Dominorum sunt *l. 27. ff. §. 9. C. de procur.*

II. Quoque tale sit negotium, quod in tertii vel reipublicæ præjudicium non vergit. Sic cessat hoc pactum in causis Criminalibus & Matrimonialibus, partim quia causæ Matrimoniales Criminalibus æquiparantur; partim, quia in partium voluntate non est, pro lubitu dissolvere matrimonium *Carpz. in Proc. Civ. tit. 11. art. 1. n. 74.* quamvis hoc pactum: Si virgo dicat: volo esse uxor tua, si unus ille testis, promissum tibi fuisse à me matrimonium, jurato deponat, tolerari posse, nullus dubito, argumento à juramenti delatione. *Ord. Eccles. tit. von Ehesachen rubr. von Ehegelöbnüssen §.* Wo auch zwey Personen *in Corp. Jur. Sax. p. III. 273.* III. Requiritur, ut partes non solum in certam personam sed etiam ejus dicta consentiant, quia consensus in personam tantum inducit semiplenam probationem & testis persona ab adversario tantum probatur, nihil verò prohibet,

Requiritur 1.

quo minus adversa pars illius dicta infringere queat,
4. *Mynsing. ad cap. 23. x. de test. & Attest. n. 3. IV.* expri-
mere debent negotium super quo dicto unius testis
standum erit, e. g. dicendo se stare velle dicto Titij
super hoc vel illo mutuo, deposito, &c. aliàs eidem
non creditur, ne occasio detur fraudibus & falsitati-
bus *Covarruv. var. res. lib. 2. c. 13. n. 2. Croi. de testib.*
n. 211. per hoc pactum tamen ex adversa parte non
excluditur reprobatio, *Nell. de test. n. 87. Diaz regul.*
747. Limit. 1. Covar. c. 1. Si tamen hujus unius testis
dicta per reprobationem non fuerint extincta, judi-
cem sequi tenere ejus assertionem, communis est
Dd opinio, *Mynsing. Cent. 5. obs. 26.* cui adstipulatur
Wissenbach. ad Tit. 7. de testib. th. 32. Gabriel. concl. 1.
de testib. n. 8. Stryck de Caut Contract. Sect. 1. cap. 5. §. 22.
Brunnem. ad l. 9. C. de testib. n. 11.

Th. II.

Secundò probat unus testis, cui testator ulti-
mam suam voluntatem ex singulari erga eum confi-
dentia indicat, concredatque propter *l. 14. ff. de dot.*
præleg. & l. 25. ff. de Reb. dub. Hic testis à Dd. variis
nominibus, e. g. Arbitrarius, Fiduciarius, confi-
dentiarius, Executor &c. effertur. *Alber. de Rosat. ad*
cit. l. 14. n. 3. Card. de Luca de test. disc. 46. n. 4.
Nomen tamen testis regulariter meretur, testisque
personam revera gerit, ita quidem singulariter qua-
lificati, ut eidem, licet unico, ob fidem ab ipso te-
statore probatam, fides super iis, quæ ipsi ab illo
in secreto commissa, jurato attestatur, haberi de-
beat, tanquam nudo instrumento seu organo volun-
tatis

tatis à defuncto, sibi soli secretò indicatæ explicativo,
 ut præ aliis optimè Card. de Luca de *Fideicommissis*. disc. 183.
 n. 13. & de *Testam.* disc. 46 n. 4. deduxit; ratio generalis est,
 quia ultimarum voluntatum favori si legibus non re-
 fragatur, neque Lex neq; Princeps contravenire potest.
 Nov. 1. pr. & c. 1. §. 4. & voluntas testatoris in re testa-
 mentaria unicè spectanda & attendenda est, nec il-
 lius executio ullo modo violanda, aut impedienda
 Socin. vol. 1. consil. 105. n. 2. & consil. 124. n. 12. Specia-
 lis, quia defunctus hunc testem elegit & approbavit,
 Card. de Luca. c. 1. n. 7. Carol. Ruin. Vol. 2. Conf. 19. n. 8.
 Mascard. de prob. qu. 11. n. 13. & noluit suam volunta-
 tem publicare Card. de Luca. cit. l. n. 13. Magni enim
 interest quandoque testatorum, ne ultima eorum
 voluntas publicetur, ne vel ipsi, palam hærede coram
 testibus nuncupato, causam odii, vel contemptûs
 in semet ipsos; in hæredem verò invidiæ, quin &
 vitæ alterius, vel planè utriusque parandis insidiis
 materiam præbeant, arg. §. 3. *Inst. de pupill. subst. jung.*
Tholosan. in Syn. jur. lib. 41. c. 3. n. 4. In hoc teste ta-
 men sequentia requisita concurrere debent: I. ut à 1. Requisi-
 testatore in ipso testamento, vel codicillo 5. vel 7. tum.
 testibus præsentibus nominatim & in dividuo desi-
 gnatus sit, per all. leg. 14. verb. *codicillis ita cavet: pro-*
videbit Pollianus, &c. & l. 25. ibi: quem hæredi meo
dixero &c. ff. de reb. dub. conf. Mant. de C. U. V. lib. 3.
tit. 1. n. 16. Card. Paris. part. 3. consil. 38. n. 62. Paul de
Castro Conf. 177. n. 2. Secundò illam sibi concreditam 2.
 voluntatem sub jurisjurandi religione absque addi-
 tamento, vel detractatione manifestet; cum per re-
 gulam

gulam generalem in *l. 9. C. de testib.* tum per ipsam
& *l. 14. ibi: Pollianus juratus scripsit.* ibique *Bartol. n. 6.*
3. *Card. Tusch. in Concl. lit. T. concl. 281. n. 6.* III Nulli
suspicioni ad testimonium, in iudicio perhibendum
insufficientiæ obnoxius sit, itaque hic esse debet per-
sona, quæ nullatenus ob interessè proprium suspe-
cta est *Mantica lib. 3. tit. 16. Peck de testam. conj. lib. 1.*
c. 9. n. 5. Interim tamen non omnes, qui in testa-
mento testes esse non possunt, ab hoc testimonio
fungi possunt *p. l. 25. ibi: quem hæredi meo dixero &c.*
ff. de Reb. dub. jung. l. 20. pr. ff. qui testa fac. poss. §. 10.
4. *Inst. de test. ord. IV.* Huic testi nulla in verisimilitudo
contrarietur, *Svarez. de cap. 1. volunt. n. 13.* ubi enim
magnum præjudicium subest, ibi etiam cautè agere
oporteat, *Barbos, vocab. Periculum axiom. 10.* Hisce
requisitis itaque concurrentibus, unus ille testis ab ipso
testatore approbatus & electus, æquè ac aliàs à par-
tibus electus, si de iis, quæ sibi commissa esse jurat,
plenam fidem meretur, & omnis, quæ subest, incer-
titudo tollitur, eò, quòd nempe hoc magis sit testi-
monium veritatis ipsius defuncti, quàm iudicium
hujus testis. *Simon de Prætis de Interpr. U. V. lib. 1. int. 1.*
dubit. 3. sol. 5. n. 6. Mantica. c. 1. n. 16. & iudex in ejus
dictis acquiescere tenetur *per d. l. 14. verb. eum,* cu-
jus notio est, æstimaturum, ut eadem quantitas, ex
communi, præcipuè minori filiaë dotis nomine detur.
conf. l. cit. 25. ibique Brunnem. n. 3. Simon de Prætis c. 1.
n. 3. Cephal. consil. 702.

Th. III.

Th. III.

Tertiò Principis assertioni & testimonio plene creditur *Menoch de Arb. Jud. quest. lib. 2. qv. 91. & lib. 2. pres. 61. Farinac. de test. Qv. 63. n. 79. Jul. Clar. sent. lib. 5. §. fin. qv. 3. n. 21. Gabriel. lib. 1. concl. 2. n. 32.* hancque sententiam stabiliat tam autoritas juris Divini *Deut. 17. v. 6 & c. 19. v. 15.* quam Canonici *c. 1. x. de probat. cap. 28. x. de testib.* ubi, quòd Principis persona & verbum multorum instar testium sit, dicitur, & Jus Civile non reprobatur, quia 1. Principis dignitas, quæ aliàs testimonio magnum affert momentum *l. 2. §. 3. §. 2. ff. de testib.* cum alii aliis contrarij, digniores sint præferendi *Nov. 90. c. 3. & 2. autoritas, quæ etiam non leve pondus testimonio addit, l. 3. §. 2. & 4. ff. d. tit. ipsi subvenit. Accedit, quòd Princeps, qui tanquam custos jura tuetur, l. 32. pr. C. de inoffic. testam. & velut DEI vicarius in his terris veritatem colere debet, ea tantummodo in testimonio suo deponere videtur, quæ re ipsa gesta fuerunt, arg. l. un. C. de deditia libert. toll. proceditque hæc sententia, quamvis Princeps personam suam in testem adduxerit, nec juramento testium obstrictus fuerit, quia fides Principis pro jurejurando valet, non tantum in promissionibus ejus, *Hugo Grotius de J. P. & B. lib. 2. c. 13. n. 22. Myller ab Erenbach. in nomolochia c. 6. Carpzov. ad leg. Reg. c. 3. Sect. 8. n. 8.* Sed etiam in dicendis testimoniis *Mynsing. Cent. 1. obs. 17. Gail. lib. 2. obs. 59. n. 6. Carpz. p. 1. decis. 87. n. 12.* Dissentit quidem *Renneman. de legitim. test. productione disp. 24. §. 38. p. m. 325. Bachov. ad Treut. disp. 5. th. 6.**

at

At quia testis jurandi necessitas à lege civili, non naturali introducta est, Princepsque eam contrariâ lege tollere, ut de Regno Bohemiæ & Archiducatu Austriæ aliisque regnis & provinciis testatur *Gail. lib. 2. obs. 59. n. 14. Humnius in Encyclopædia jur. Pr. 2. tit. 19. c. 4. n. 3.* & personam suam ab illis eximere potest *l. 31 ff. de ll. priorum* sententiam amplector. Hanc sententiam, quamvis plerique Dd in Principe, Superiorem non recognoscere, uti Imperator, & Papâ tantum procedere; in aliis verò, cujus modi sint Principes Imperij, prorsus fallere, sibi persuaserunt, quorum opinionem refert, *Mascard. de Prob. conf. 1227. n. 27. & seqq. & Myns. lib. 5. obs. 34. n. 33.* Nihilominus, quia antiquorum Imperatorum potestas restricta & hodie quilibet Princeps Imperij tantum potest in suo territorio, quantum Imperator in Imperio universo, *Reinck. de regim. Secul. & Eccles. Lib. 1. c. 1. §. c. 1. n. 64. Sprenger. in Jur. publ. p. 187.* Imò plus quandoque potest in territorio suo, quam Imperator in Imperio; fœdera enim inter se & cum exteris liberè inire *Instr. Pac. art. 8. §. gaudeant. Borgold. ad h. a. p. 1. disc. 10. n. 18.* leges quoque provinciales inconsulto Imperatore ferre possunt; quæ omnia Imperator non solus, sed cum Statibus Imperij facere potest, de Principibus igitur idem dicendum esse, statuo. Causas, in quibus Princeps testimonium ferre solet, quod attinet, nihil interest, sive sit I. Publica; Sic Principi bellum justum asserenti plene credendum esse à subdito, latè probat *Grotius de J. B. & P. lib. 2. c. 1. §. 2.* Item quòd Princeps de ararii indi-

indigentia æq; ac detributorum justitia testans, plenam fidem mereatur, testis est Alex. Prudensis de Analog. Lib. 1. c. 34. n. 94. Natta Consil. 487. porro testimonium Principis de consuetudine judiciali plenam fidem facit per l. 3. § fin. C. de LL. Clem. un. de probat. Mer. P. 4. dec. 2. Imprimis, si de consuetudine curiæ feudalæ attestatur, Brunnem. in cons. fin. n. 43. § c. II. vel privata, eaque vel propria, ita omni exceptione major est testimonium de facto proprio ex quo nullum commodum in eum redundat, ac neminem præjudicio gravet, licet in præjudicium ipsius Principis asserenti cedere possit; it. quæ de Principis voluntate ac potestate dependent; Sic aliquem à se legitimum, vel nobilitate donatum esse, it. si dicat, quod literas moratorias debitori concesserit, aut veniam delicti reo fecerit, &c. eidem credendum est. III. Aliena: Circa hanc assertionem quidem Dd. inter se quam maximè dimicant, cum facta aliena etiam prudentissimos fallere possunt, nihilominus ejus testimonium in casu, quo Princeps testatur de eo, quod ante imperium adeptum vidit, & coram ipso gestum est, valere debet, vid. Stryck in Dissert. de motu proprio. Farinac. de test. qv. 63. n. 135. § 148. Gabriel concl. 2. n. 10. § II. Menoch. cas. 99. n. 5. Quemadmodum autem nulla regula tam firma, quæ non habet suas exceptiones, ita thesis hæc limitatur 1. Si Princeps in auditu alieno se fundet. Gilcken. de Præscr. P. 3. c. 3. n. 198. Griphander in Weichbild. Saxon. c. 55. Farinac. l. c. n. 171. 2. in causis extraneorum, qui nec mediata nec immediate ejus imperio sunt subjecti; quia ibi

C

loco

loco privati haberi solet. 3. In rebus, quæ ex ordine naturæ, aut ex sententia periti artificis dependent. *vid. Martin. ad Ord. Proc. Sax. tit. 34. §. ult. n. 143.* 4. in negotiis matrimonialibus *Carp. lpr. Confl. Lib. 2. tit. 14. dcf. 241. §. Lib. 3. tit. 4. d. 54.* 5. in causis criminalibus, *Farin. c. 1. n. 179. Carpz. qv. 114. n. 46. conf. Id. ad leg. regiam c. 7. n. 17.* 6. In causis ad privatum Principis commodum pertinentibus, in his enim nec Imperatori nec Papæ credendum esse volunt *Decius conf. 528. n. 3. Socin. lib. 2. conf. 127. Borchold de Feud. c. 4. n. 22.*

Th. IV.

Quartò unus testis plenè probat, si sit persona publica, sive officialis jurata, testimonium perhibens de iis, quæ partes officii, quo fungitur, concernunt *c. 11. x. d. probat. Mascard. de prob. lib. 1. præf. qv. 11. n. 15. Menoch. de Arb. Jud. quest. lib. 2. cas. 99. n. 2. Farinac. de testib. qv. 63. n. 227. Nicol. Vigel. in method. controv. lib. 2. c. 3. n. 10. Brunnem. ad l. 5. §. 13. ff. de Reb. eor. qui sub tut. vel cur. n. 10* Idque propter electam fidem personæ & jurisjurandi religionem procedit. *l. 14. C. de Jud. Brunnem. ad l. 5. C. de Exact. trib. Carpz lib. 3. Resp. 22. n. 20. Gail. lib. 1. obs. 54. n. 4. Mevius conf. 93. n. 57. conf. Decis. El. nov. 3. in verb. Weilen gleichwohl einen jeden der auf Pflicht siset / die Præsumtion, daß er in Krafft derselben aufrichtig und treulich handelt / auch der Wahrheit gemäß attestiret / zu statten kömmet &c. Itaque ejusmodi persona præ se fert præsumtionem l. 2. C. de offic. Civil. jud. l. 18. C. de prob. l. fir. C. de fideicom. libert. Dolusque ab illa
semper*

semper præsumitur abesse *l. i. C. de præd. Curial. l. ss. C. de decur.* neque præsumitur quod persona publica illicitum quid commiserit. *Bald. post gloss. in l. accusationes C. quod met.* Nihilominus tamen & in hac persona certa requiruntur requisita, quæ si deficiunt, dicta non procedunt i. ut talis persona sit publica, sive officialis, dicitur autem ita à publica autoritate, quam sustinet, & officialis à ministeriali officii exercitio *Card. Tusch. pract. concl. lit. O. concl. 88. n. 1. Anton. de Butr. Conf. 74. n. 3. II.* ut sit jurata, quod juramentum promissorium dicitur *arg. l. 14. pr. ff. de judic. arth. Hodie C. eod. conf. Franzck in comm. 7. ad tit. de jur. jur. n. 37.* ejusque contenta *vid. apud Rittershusf. comm. ad Nov. P. 9. c. 6. n. 124.* & præstandum est, antequam persona publica officii sui partes suscipiat, *Möler. lib. 1. Semestr. 10. n. 1. Myns. Cent. 2. obs. 76.* Idque jam olim apud Romanos solenne erat, ut nemo officium publicum adire ac munus oblatum gerere posset, nisi præstito juramento hoc, *teste Livio histor. lib. 31.* cujus immemores esse non præsumuntur, *Wesensb. conf. 338. n. 171.* ne insuper immemores sint salutis æternæ, quod jura nostra de nemine, multò minus de magistratibus, sive publicis personis præsumunt *l. fin. C. ad leg. Repet.* imò, quamvis ejusmodi persona in testem producatur & pars adversa reiterationem hujus juramenti urgeat, non repetitur, ceu Summus Elector Saxon. Lipsiacos proxenetas contra Excell. Dn. Affinem meum D. Henricum Zipffelium in causâ monetaria defendebat Rescripto decisorio *verbis: Die juramenta sind unterschiedlich/*

theils müssen vor Antretung eines Amts / theils nachge-
gends initio, præfixo fatali geleistet werden; jenes ist bey
denen Wecklern / dieses aber hat in delatis statt. *vid.*
Zipffel. Tract. von Weyel. Brieffen und deren Usancen
p. m. 64. III. deponat de hoc negotio, quod spectat ad
fui officium *Card. Zush. c. l. concl. 102. n. 1. Farinac. cit.*
l. n. 227. Ideo si de eo, quod ad ejus officium non spe-
ctat, deponat, tunc juramento testium obstringi de-
bet, nec uni plenè creditur, *Gail. lib. 1. obs. 54. n. 5.*
Mevius P. 4. decis. 269 Carpz. p. 1. c. 16. d. 39. Gabriel.
concl. 1. n. 18. IV. Negotium, de quo testatur, non
concernat interesse, laudem, vituperium, commo-
dum, seu incommodum ipsius personæ publicæ, *arg.*
l. 10. ff. & C. de test. Hipol. Riminal. conf. 82. n. 23. conf.
Decis. Elect. nov. 39. in verb. nicht eigenthumblich betreffen: c.
quibus non obstat, quod judex pro tribunali sedens
injuriam sibi tanquam judici illatam absque ulteriore
probatione & processu punire possit *Mev. p. 5. decis.*
324. n. 7. Gail. lib. 1. obs. 39. n. 2. Carpz. p. 1. c. 16. d. 28.
Respondetur, Judex hic non tam causæ suæ privatæ
testis esse videtur, quam læsæ publicæ dignitatis
& jurisdictionis tuendæ ergo, itaque non tam se,
quam magistratum & rempublicam ulcisci, imo
in aliena causa condemnare dicitur in c. 1. x. depæn. in
6to conf. Carpz. c. l. n. 6. Rauchbar lib. 1. qv. 50. n. 40.
Greuv. concl. 39. Vivius Decis. 278. Itaque perspectis re-
quisitis exempla quoque nonnulla subjiciemus. Sic
(a) creditur uni consiliario Principis in iis, quæ à
principe ipsi sint commissa, etiam extra officium,
quamvis non producat literas commisionis, modo
ejus

ejus testimonium non vergat in præjudicium subdi-
torum, *Berlich P. 1. c. 36. n. 62.* (b) Judicis attestato
quoque plena fides tribuenda est, in tantum, ut nul-
lo indigeat supplemento probationis *c. 33. de Elect. &
elect. pot. Joachim a Beust. ad l. 31. ff. de jurejur. n. 682.
Felin in II. x. de Prob. n. 12 Wesenb. in paratit. ff. de prob. n. 4.
Carpz. decis. 24. n. 26. Mev. P. 1. dec. 118. n. 6.* imò ejus sim-
plici, ac nudo asserto & relationi creditur. *Alciat cit loc.
n. 1. Carpz. Part. 1. dec. 48. n. 5.* quod dissertis verbis appro-
bat Seren. Elector Saxonix in *Decis nov. 3. in verb. ist des
Nichters assertion, oder decreto in denen Sachen / so vor
ihm und seinen Gerichten vorgelauffen / oder verglichen wor-
den / so lange billig glauben und Beyfall zu geben / biß ein
anderes von Gegentheilen genungsam erwiesen.* (c) Idem
dicendum de Actuariis Judiciorum; hi enim æquè
autoritate publica pollent & jurisjurandi vinculo ad
fidem sunt obstricti *Philip. ad Decis. Elect. nov. 38.
obs. 3.* (d) Porrò nuncii judicii jurati relationi, se
jussu judicis denunciaffe, plena fides tribuitur *arg.
l. 5. §. 13. ff. de Reb. eor. qui sub tut. & c. 1. §. C. de ex-
actor trib. l. 2. C. de Execut. & Exact. c. 19. x. de Appell.
Mevius ad Jus Lubec. l. 1. t. 1. a. 3. n. 1. de jure Saxonico
vide Land:Recht lib. 1. art. 8. Ord. Proc. Sax. tit. 4 Carpz.
in Proc. tit. 7. a. 1. n. 72.* quod tamen ad ea, quæ of-
ficii terminos excedunt, non extendendum; veluti
si injuria se affectos esse commemorant *arg. l. 7. C. de
Accus. l. 19. ff. de Reb. cred. Anton Faber. in C. lib. 4.
tit. 15. def. 26.* (e) Notario quoque, si circa officium
suum aliquid deponat, creditur. *Anton. Faber. in C.
lib. 6. tit. 5. def. 10. n. 7. Socin. Vol. 3. cons. 98. n. 5.* hic
enim

C 3

V. d. f.

enim secundum nonnullorum Dd. opinionem vicem duorum testium habet, *Mov. P. 3. Decis. 171.* modò in officij sui terminis maneat, itaque si diceret: Ego sum Notarius per hunc vel illum creatus, de quo testificor, tum non auditur *Sichard. ad l. fin. C. ad l. Falcid. n. 25.* Si vero Notarius forte in Protocollo suo producto se rogatum esse omisit, tunc ejus nudæ assertioni creditur, cum juramenti sui præstiti memor, non nisi rogatus illud fecisse præsumi debeat, æqui pollet enim fides notarii magistratus seu judicis fidei eandemque probationem operatur *Carpz in Proc. civ. tit. 14. art. 3 n. 54. Excell. Dn. Menk. Tr. Synopt. 7. tit. tit. de fide Instr. p. m. 321.* (f) restat ut de Proxenata videamus, qui describitur *in l. f. ff. de Prox.* an & hujus asserto plena fides tribuatur? hac de quæstione magna contentio est inter Dd. quidam ut *Wesenb. ad tit. 7. de Prox. n. 1. Casp. Mauz. in Tr. de Specialibus in jure communi. verb. matrimonij favor. n. 38.* propter novell. 90. c. 8. id negant. Alij ut *Straccha tit. de Proxen. part. 4. n. 5. Gabriel de testib. concl. 20. n. 1. lib. 1. §c.* hoc ipsum affirmant. Nos distinguimus inter Proxenetam privatum & publicum: hic si specialiter magistratui & mercatoribus juramento ab initio suscepti officij fuerit obstrictus omnino plenam fidem facit, quia propter cooptationem in officium & juramentum præstitum non malè inter publicas personas refertur, *Excell. Dn. Zipffel, Affinis meus honoratissimus in Tr. de tesseris Collybisticis Sect. 4. § 1. & in Tr. Von Bevel-Brieffen und deren Usancen p. m. 92.* ubi sequenti pag. 93. formulam ejusmodi obligationis juratorix hîc Lipsiæ usitatam exhibet.

Th. V.

Th. V.

Quinto testis unus plenè probat in causis le-
 vioribus, summariis, parvæque quantitatis; quoniam
 in his de re non magni præjudicij agitur. *arg. l. 9. C. ibi facile de testib. Anton. Matthæi ad lib. 48. n. tit. 15. §. 2. n. 3. Coller. in Proc. Exec. P. 3. c. 1. n. 26. Mynsinger. in c. 23. x. de test. & Attest.* Exempli loco fit (a) Interventio, ubi interveniens interesse suum, antequam cum interventione audiatur, demonstrare tenetur. *Ord. Proc. Sax. tit. 15. Carpz. p. 1. c. 3. def. 30. n. 9. Gail. lib. 1. obs. 69. n. 4. & 5.* hæc demonstratio autem perficitur per unum testem, omni exceptione majorem, *Fibig. in Porc. Part. 1. c. 2. membr. 3. §. 11. Carpz. c. 1. neque admittitur remonstratio, Carpz. lib. 3. Resp. 21. n. 9. Schwendendörf. ad Fibig. p. m. 461.* (b) Summarissimum possessorium, sive momentaneum, ubi, ordine juris haud observato, celeriter, summarie & absque ulla cunctatione procedi solet. *l. 1. C. si per vim vel al. mod. absent. turb. sit poss. l. 14. C. de Agric. & cons. Clem. sepe de Verb. Sign. Ord. Cam. P. 2. c. 21. Carpz. lib. 1. Resp. 9. n. 9.* itaque neque libelli formalis oblatio, citatio & litis contestatio necesse est, *Carpz. lib. 1. Resp. 10. & 11.* sed loco ejus sufficit qualis qualis petitio, quam sequitur inhibitio; Inhibitionis enim processus in provinciis Saxonis nihil aliud est, quam Summarissimum possessorium, *Carpz. in Tr. de Inhibitionibus cap. 2. th. 15* in hoc itaque processu unius testis juratus plenè probat, *Carpz. all. loc. th. 46. & lib. 1. Resp. 11. n. 5. Finckelth. obs. 32* In Foro Saxonico clare hac de re disponit *Decis. Elect. nov. 1. in verb.*

Et

So lassen wir uns die andere Meinung gefallen: Daß
nehmlich eine / oder andere Partey zu Beschleunigung der
possess in processu des momentanei possessoriij Sum-
marischer Weise entweder vor den Richter / oder Notario
und Zeugen Articul einzugeben / und zum wenigsten Einen
Zeugen vermittelst Eydes abhören zu lassen / hinführo schul-
dig seyn / *rc. conf. Philip. ad h. dec. obs. 3.* Sufficit enim
in hoc judicio, aliquo modo informari judicem de ju-
re partium, ne partes ad arma & rixas deveniant,
priusquam de possessione ordinaria & proprietate
cognoscatur, non enim minima pars est officij judi-
cis, compescere rixas. *l. 176 ff. de Reg. Jur. l. 13. §. 3.*
ff. de usufr. l. 14. C. de judic. & hæc pro vera ratione,
quæ Serenissimum Legislatorem movit, hoc singu-
lare statuere, judico, ceu Ipse non obscure indigitat
in verb. *d. dec.* Im Fall aber unter denen Parteyen etne
sonderbahre Gefahr / Gewalt und Thätlichkeit / oder Zu-
milt zu besorgen / *rc.* ideoque errat *Gail. lib. 1. obs. 7.*
n. 6. Andr. Rauchb. P. 2. qu. 16. n. 71. & alij, qui mo-
dicum præjudicium, quod hujus judicij sententiã infer-
tur, pro ratione afferunt, cum tamen sententia hujus
judicij maximi momenti & præjudicij sit; nam licet in
hoc judicio principaliter agitur de turbatione, secun-
dario tamen etiam de possessione disceptatur, quia suc-
cumbens in momentaneo possessorio omnia illa sen-
tit incommoda, quæ omissionem possessionis sequun-
tur, *Carpz. lib. 1. Resp. 12. n. 13.* quis enim nescit, pos-
sidere esse rem magni præjudicij? imò longe com-
modius & potius est possidere, quàm petere *l. 4. ff.*
dein rem vers. plura vide apud *Carpz. cit. loc. per tot.*

Ⓞ

¶ *Philip. ad all. dec. obs. 7. n. 18. & seqq.* requiritur
verò, ut hic testis sit omni exceptione major & jura-
tus; non obstat, quòd etiam injuratis testibus in hoc
summarissimo possessorio fides habeatur. *Menoch. A.*
J. Q. qv. 26. in fin. Schryvendendorf. ad Fibig. p. m. 1249.
quia hoc tantum procedit in casu, si plures adint
testes, & metus armorum, ac tumultus inter partes
metuendus sit; Si autem unicus tantum haberi possit
testis, omninò juramento obstringi debet, *conf. c. Decif.*
Elect. 1. & ita quoque pronunciatum esse refert *Ex-*
cell. Dn. Menck. in Dissert. ad Ord. Proc. Sax. 1. th. 48.
in Suprema Curia provinciali Lipsiensi Termin. Trinit.
anno 1701. (c) Denunciatio in Saxonia inter rusticos
usitata, vulgò das Rügen-Gericht/ de quo vide *Carpz.*
in Proc. Civ. tit. 1. art. 1. n. 67. in hac enim, si de cri-
mine levi & modico agitur, reus per unicum testem
convinci potest, quia in ejusmodi criminibus levio-
ribus tantum arbitraria pœna reo imponitur, quam
hoc casu judex pro ratione factæ probationis miti-
gare potest. *Carpz. in Prax. Crim. qu. 114. n. 52. seqq.*

Th. VI.

Sextò unus testis plenè probat, quando versa-
mur in probatione actus, in quo difficile, vel planè
impossibile est plures testes habere, *arg. l. 5. §. 6. ff.*
de re milit. Mascard. de prob. Vol. 1. in præf. q. 11. n. 18.
Gabriel. lib. 1. de testib. concl. 1. n. 27. quia ob difficul-
tatem probandi etiam ea admittuntur, quæ aliàs non
sufficiunt, *Matth. de Affict. dec. 57. n. 3.* Sic (a) cre-
ditur dicto unius interpretis, quando dubitatur de
significatione literarum per textum expressum in *l. 1.*

D

S. fin.

S. fin. ff. de Verb. Oblig. ubi Ulpianus ait: modò uter-
que alterius linguam intelligat, sive per se, sive per
verum interpretem; ratio, quia sæpe vix unius co-
pia haberi potest, *Gom. Lib. 2. cap. 9. n. 5. Nicol. Vigl.*
in Method. Jur. Controv. lib. 2. cap. 3 n. 40. Hinc si do-
cumenta in peregrino idiomate producuntur, quod
quotidie Lipsiæ in Judicio mercatorio, *vulgo Hand elts*
Gericht / contingere solet, ad interpretem, transpo-
nendi ergò mittuntur, quia apud judicem talium
literarum verisimilis intelligentia non est, ejusque
transpositioni plena fides tribuitur, *Excell. Dn. Menck.*
in Disp. ad Ord. Proc. Sax. X. th. 17. n. 4. Brunnem. in
Proc. Civ. c. 20. n. 77. Nicolai in Proc. Jud. P. 1. c. 52. n. 7.
modò tamen plures interpretes haberi non possint.
Farinac. qv 63. n. 45. & ille quoque sit persona bonæ
fidei & juramento obstricta, uti pronunciarunt Do-
mini Scabini Lipsienses *in causa Gottfried Muerbechs*
contra Nicolas Eichelbergern M. Julij 1682. ad Prætorium
Lipsiense würde Tebst Busch seine Übersetzung derer Do-
cumenten sub lit. A. B. C. D. E. F. vermittelt Eydes
bestärcken / und daß solche mit denen Originalien richtig
übereinkommen / schwehren / immassen billig geschichet / so
wäre Beklagter dieselben zu recognosciren / oder dessen
Principal eydlich zu diffitiren pflichtig *B. R. W. refe-*
rente Excell. Dn. Rivin. in Enunc. ad Ord. Proc. Sax.
tit. 25. enuc. 11. Recordor tamen, quod in supra me-
morato Judicio mercatorio etiam injurati interpretis
transpositioni, partibus non contradicentibus, fides
habita fit, *arg. l. 29. C. de Pact.* imò in causis spiri-
tualibus interpretis usus non est alienus, quando
e. g.

e. g. ministro ecclesiae confessio in lingua peregrina facta est, isque absolutionem in lingua peregrina confitenti facit, tunc interpret ab utraque parte est quam maxime necessarius, quod Serenissimus Elector Saxon. ad Consistorium Wittenbergense sub dato II. Jun. anno 1628. rescripsit his verbis: Begehren hierauf gnädigt / Ihr wollet die Verordnung thun / daß jeder Zeit / wenn solche Böhmen beichten wollen / eine Christliche Person zur Stelle sey / welche so wohl ihre Beichte höret / Unterrichts und Zureden verdolmätset / darauf die Geistliche den büßfertigen Böhmischen Confitenten die Absolution und Communion wiederfahren lassen sollen / *ic. conf. Carpz. in Jpr. Eccles. lib. 2. d. 278.* neque etiam in Criminalibus interpret omitti potest, quia enim reipublicae interest, delinquentes puniri, ut in posterum cautius mercari discant, *l. 20. ff. de pœn. c. 4. caus. 23. qv. 5.* itaque non statim dimittendus est delinquens, qui linguam germanicam non callet, sed confessio in presentia interpretis jurati extorquenda est, ceu pronunciarunt Scabini Lipsienses *apud Carpz. P. 2. Decis. 89. n. 25.* (b) quando mors occulta probanda venit, nimirum quod aliquis in loco longè distito, mari, acie, aut morbo pestilentiali mortuus, quia difficillima hoc in casu probatio mortis est, hinc non immerito unius testis dicto creditur, *Nov. 117. cap. 11. aurb. hodie C. de repud. Mer. P. 5. decis. 134. Felin. in cap. veniens. 10. x. de testib. Gabriel. de testib. concl. 35. limit. 13. Bruunem. ad l. 2. §. 4. ff. testam. quemadm. aper. modò unus ille testis sit exceptione major, gloss. & Dd. ad l. admonendi, 31. ff. de jurejur. & jurato asserat,*

quod ipsum cadaver viderit, & sepulturae interfuerit.
*Campeg. de testib. regul. 350. vers. 9. Mascard. de Prob. Vol. 2. concl. 1075. n. 6. Marant. in l. 15. ff. de acquir. vel om. her. n. 156. quem in modum, jam olim judicarunt Scabini Lipsienses apud Carpz. p. 1. c. 16. d. 33. & Jpr. Eccles. lib. 2. def. 167. Prax. Crim. p. 1. qv. 58. n. 45. atque iidem etiam novissime, in casu absentis Gottfried Seeligers/ ad Deputatos à Senatu Lipsiensi ad causas tutelares, vulgò Vormundschafft: Stube/ pronunciarunt Mens. Martij, 1711. Davaus so viel zu befinden / daß Gottfried Seeligers Todt zur Nothdurfft bengebracht/ derowegen dessen Verlassenschafft u. imò ad huc leviores probationes admiserunt casu, absentis Georg Christoph Köbers/ coram eodem judicio ventilato, ubi, cum mors, attestato Praefecti militum ignoto & dubio demonstraretur, Dn. Scabini Lipsienses Mens. August. 1704. pronunciarunt. Wunde Diaria Christina Schmidien und Christian Köber/ daß sie gewiß glauben und dafür halten / daß ihr Bruder Georg Christoph Köber todt sey/eyndlich erhalten/immassen ihnen vor allen Dingen zu thun oblieget/ so ist dieses Vormund denenselben wegen geführter Administration richtige Rechnung abzulegen und dessen Vermögen auszuantworten schuldig. B. R. W. (c) ob defectum medicorum, vel chirurgorum, uno, qui de lethaliitate vulneris attestatus est, plenè creditur *Carpz. in Prax. Crim. p. 1. qv. 26. n. 35. Nic. Bær. decis. 323. n. 23. Fulv. Pacian. de Prob. lib. 1. c. 47. n. 34.* modo ut jam dictum plures non adfuerint & hic quoque ad hunc actum juramento obstrictus sit per textum expressum *Ord. Crim. Caroli V. art. 149. verb. Soll der Richter**

Richter sambt zweyen Schöppen / den Gerichtes-Schreiber
und einem / oder mehr Wund-Ärzten (so man die haben
kann) die dann zuvor vereydet werdet sollen / denselben
todten Körper vor den Begräbniß mit Fleiß besichtigen/
und alle seine empfangene Wunden / Schläge / Aufschürffe/
wie jedes fanden und ermessen worden / mit Fleiß merken
und verzeichnen lassen. (d) *Uni pastori pecorum fides
habetur de conculcatione, vel mutilatione ab alio
factâ per verba expressa L. R. Lib. 2. art. 54.* Daß den
Hirten von seinen Viehe alleine geglaubet werde / weil ge-
meintlich nicht mehr bey dem Viehe als ein Mann ist; *con-
fer. Thom. tr. de noxa animal. c. 8. Berlich. P. 1. c. 36.
n. 64. Gabriel concl. 1. de testib. n. 39.* (e) *Obstetrici
creditur, ubi quæritur: an puella prægnans sit, nec
ne? Carpz. p. 1. c. 22. def. 12. n. 5.*

Th. VII.

Septimò probat unus testis, si testimonium ferat
de facto suo proprio per *l. 58. § ult. ff. de Edict. Edict.*
cujus verba hæc sunt: *Servum duplâ emi, qui, rebus
ablatis, fugit: mox inventus, præsentibus honestis
viris interrogatus, an & in domo venditoris fugisset?
respondit fugisse, quæro: an standum sit responso
servi? Paulus respondit, si alia indicia prioris fugæ
non deficiunt, tunc etiam servi responso credendum
esse. Si tamen unico servo de facto proprio, quod
tamen in domini præjudicium vergit, credendum
sit, qui jure civili pro nullo habetur, l. 32. ff. de R. J.
l. 1. ff. de jur. delib. multò magis est credendum in
hoc passu libero homini, Paul. de Castr. in l. quicumq; 4. ff.*

de Serv. fugit: *Crotus de testib. P. 6. n. 2. Menoch. A. J. Q. lib. 2. cas. 99. n. 17. Mascard. de prob. concl. 1223. n. 10. Carpz. p. 1. c. 16. d. 39. eamque opinionem tanquam in jure verissimam, casu eveniente, in judicio sequendam esse, svadet Francisc. Vivius lib. 1. comm. opin. cui adtipulatur Nicol. Bterius dec. 221. n. 16. quamvis hanc opinionem non aliter admittendam esse, existimo, nisi ad minimum sequentia concurrant requisita: I. ut unus ille testis de hoc negotio deponat, cujus suâ nihil interest, uter ex litigatoribus vincat, *Carpz. c. l. n. 2. Anton. Faber. in Cod. lib. 4. tit. 15. d. 35.* II. talis testis quoque sit juratus & omni exceptione major, non si sit vilis & infamis persona, *Crot. de test. n. 44. Farinac. qv. 63. n. 213. Dissentit Tiber. Decian. Vol. 2. resol. 39. n. 22. se ipsum tamen corrigens ibid. n. 57.* III. In grave præjudicium tertii non vergat depositio, & principaliter agitur de delicto ipsius deponentis, ipsaque depositio tangat tertium, quia in l. c. principaliter agitur de delicto ipsius servi, quod per consequentiam demum præjudicat domino. *Brunnem. ad l. 58. §. fin. ff. de Ædit. Edict.* IV. Causa non sit civilis ardua vel criminalis. *Cephal. lib. 3. consil. 438. n. 37. & lib. 4. cons. 540. n. 75. Farinac. c. l. n. 210.* V. Præsumptiones quædam concurrant cum ejus depositione *p. c. l. 58. Crot. c. l. n. 209. Bær. dict. decif. n. 17.* neque etiam arbitrium judicis excludendum est. *Farinac. c. l. n. 222. Carpz. c. l.* Sic plenam fidem personæ privatæ, quæ, fortè propter absentiam vel ægritudinem nunciij jurati judicij, citationem insinuavit, & de legitimâ insinuatione jurato asserit, judex tribuere solet *Carpz. Proc.**

Pro. civ. tit. 7. art. 1. n. n. 79. Philip. ad Ord. Proc. Sax. tit. 4. confid. 9. Nicol. Proc. Judic. c. 4. n. 5. Excell. Dn. Menck. in Dissp. ad Ord. Proc. 4 th. 10.

Th. VIII.

Octavo probat unus testis in facto, ubi cessat præjudicium tertij *Farinac. c. qv. 63. n. 26. Rittersb. differ. Jur. Civil. & Canon. lib. 5. c. 21.* Sic (a) creditur uno testi, Christiano tamen & fideli deponenti, aliquem esse baptizatum, quia in jure canonico unus tantummodò patrinus huic sacro actui adjungebatur *c. 74. & 101. de consecr. dist. 4.* Hodie verò secundum Concilium Trident. *Sess. 24 de ref. matrim. cap. 2.* ad summum duo, de Cujus praxi in nonnullis locis testatur *Carpz. Jurpr. Eccl. lib. 2. def. 268. Finckelt. l. 1. c. 17. qv. 93.* nec baptismus repetitur, si ex unius testis dicto, infantem jam esse baptizatum, constet *can. 112. de Consecr. dist. 4.* (b) Si de clericatu probando agitur, unus testis plenè probat. *Mascard de prob. v. 1. concl. 303. n. 3. Cravetta conf. 616. n. 18.* quamvis dissentiat *Petr. Moncad. per c. 3. x. de Cler. peregr.* ubi disponitur, quod ad clericatum probandum vel literæ, vel testes requirantur, pluralis autem numerus ad minimum duobus contentus est *l. 12. ff. de test. c. 40. x. de reg. Jur. in 610.* At respondetur, distingvendum esse inter clericatus probationem, quæ alicui præjudicium affert, vel non affert: priore casu locum habet *c. 3.* in casu verò posteriore nostra thesis. (c) Si unus testis testetur, ecclesiam esse consecratam, plenè probât. *C. 110. & 112. de Consecrat. dist. 4. Tolosan. in Synt. Jur. lib. 48. c. 13. n. 8.* etiamsi testimonium de auditu

auditu tantum ferat, *Valens. in Parat. Jur. Can. lib. 3. tit. 40. n. 3.* (d) Uno sacerdoti dicenti, aliquem poenituisse, creditur *c. 14. x. de Simon. c. 11. x. de poenit. & remiss. Gabriel. lib. 1. concl. 1. n. 6.* (e) In denunciatione evangelica unus testis plene probat, ceu patet ex formula *Math. 18. v. 18. & Luca 17. praescripta*: Primum enim delinquens, propter peccata, privatim est corripiendus; deinde, si haec correctio nullum effectum habet, & delinquens obstinate in re illicita perseverat, iterum monendus est, uno, vel adhibitis duobus testibus; denique si perfracta frontis est, & haec cuncta flocci pendat, tunc demum Ecclesiae est denunciandus. *can. sed illud 17. dist. 45. cap. 13. x. de judic. haec denunciatio hodie in usu esse desit. Schwen-dendorf. ad Fibig. p. m 813.* (f) Uni membro ex collegio aliquo adhuc superstite plene creditur, de gradu honoris academico collocato, vel etiam de eruditione & habilitate subjecti promoti testanti *Brunnem. ad l. 7. ff. quod cujusque Universit. nom. n. 9.* imò unum Cardinalem remanentem eligere posse Pontificem tradit. *Tr. Marci. p. 1. dec. 936 n. 15. Klock. v. 3. cons. 147. n. 16.* (g) Unum Jctum ex aliquo collegio superstitem de jure plene testari posse, statuit *Carpz. p. 1. c. 26. d. 3. n. 3.*

Th. IX.

Nonò in causis favorabilibus unius testis testimonium plene probat, quia in hisce causis etiam femiplenae probationes sufficiunt. *Gloss. & Alb. in c. cum ex literis. n. 16. de restit. in integr. Mascard. de Prob. concl. 1282. n. 11. & Sportia Oddus de restit. in integr. p. 2.*
qv. 36.

qv. 36. art. 10. n. 66. Sic (a) si controversia sit, an matrimonium impletum, vel consummatum fuerit, nec ne; unius testis asserto de consummato matrimonio plena fides habetur. *Carpz. Jpr. Eccl. lib. 3. l. 50. n. 9. & 10.* ratio desumitur à sobolis procreatione, quæ genus humanum quasi immortale facit. *l. 14. C. de legit. hered.* & à conservatione reipublicæ, quæ sine matrimonio facilè periret, *l. 1. ff. de solut. matrim.* (b) Confessio favore piæ causæ facta & per unum testem probata, plenè probat, quamvis à parte adversa non fuit acceptata, quia DEUS censetur illam quasi in propria causa acceptare, vid. *Tiraquell. de privil. piæ causæ privil. 116.* (c) quando decretum provisionale petitur super decernendis alimentis, pariter unius testis dicto statatur, si sit exceptione major, *Menoeh. lib. 1. præf. 35. n. 32. Surdus de alimentis tit. 1. qv. 112. n. 23. Du. Stryck in Dissert. de decreto interimistico c. 3. n. 31.* (d) Minori in restitutione adversus erroneam confessionem, à se factam sufficit, per unum testem ostendere errorem, & quod veritas aliter se habeat. *Alex in l. non posteaquam 9. §. si minor 4. n. 11. ff. de jurejur. Soc. vol. 3. consil. 72. n. 5. Gabriel. lib. 1. concl. 1. Limit. 18. n. 38.* (e) Unus testis facit, ut compensentur expensæ, quia propter hujus depositionem litigator habuisse intelligitur justam litigandi causam, *Seb. Guazzinus Tom. 1. def. 3. cap. ult. n. 56. Farinac. d. qv. n. 13.* (f) Si quis cum quâdam, aliquo saltem tempore rem habuisse, inficiari non possit, in assignando patre isti mulieri juratæ fides habetur, donec probeatur contrarium *Siruv. in Jurispr. Rom. germ. forens. lib. 1. tit 15. aphor. 8. Gail. lib. 2. obs. 97. n. 11.* efficitur ejus testimonium, ut pendente lite, is

E

alimen-

alimenta infanti præstare debeat, uti decisum refert
Christinaeus *ad Const. Mecklin. tit. 18 art. 4. n. 7.*

Th. X.

Decimò, unius testis testimonium ad inculpato alicujus innocentiam, seu defensionem probandam, prolatum facit plenam probationem quoad liberationem rei à pœna ordinaria *Mascard. de Prob. vol. 1. conclus. 401. n. 17. § 18. & vol. 2. conclus. 905. n. 10. Gabriel. de test. concl. 1. n. 37.* nec obstat, quod in causis Criminalibus requiruntur probationes exactissimæ & luce meridiana clariores per *l. fin. C. de Prob. Respondetur*, hæc lex tantum procedit in casu, ubi agitur contra sanguinem ad condemnationem; non verò, ubi agitur pro sanguine ad liberandum rerum; semper enim jura sunt proniora ad liberandum, quam condemnandum *l. 32. ff. de pœn. l. 155. ff. de reg. Jur. l. 192. § 1. ff. eod.* favoreque defensionis & innocentix multa admittuntur, quæ regulis juris alias contrariari videntur, *Carpz. in Prax. Crim. qv. 115. n. 74. Dan. Moller. ad Const. Elect. 23. n. 13.* imò hic favor est ratio, *vid. Carpz. in Inquisition und Achts. Proceß tit. 8. art. 3. n. 6* quod in innocentix probatione sufficiant fictæ & imperfectæ probationes *Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 15. n. 21.* testimonium injuratum, si fortè propter testis absentiam, vel mortem juratum haberi nequit, *Carpz. in Prax. Crim. qv. 115. n. 79. & Inquis. und Achts. Proceß c. l. n. 4.* Confanguinei & alii inhabiles testes quoque in defensione rei pro sufficientibus habentur, *Zanger. in Tr. de quest. & tortur. c. 3. n. 42. Bocer. tr. de quest. & tort. c. 3. n. 167. Farinac. qv. 54. n. 117.* Socii tamen criminis testimonium, ob affectionem

nem erga socium, admittendum esse, non cenſeo, *arg.*
c. 20. x. de testib. Menoch. A. J. Q. Cent. 5. casus. 474. n. 13.
 testibus tamen de credulitate deponentibus fides ha-
 beatur, *Felin. in cap. quoties 18. x. de testib. Carpz. c. l. n. 76.*
 modo hi testes causam suæ credulitatis exprimant, ut
 putâ, si dicant, quod occifus voluerit occiforem inter-
 ficere, qui propterea coactus fuerit, se tueri, illumque
 vulnerare, & inde credat ad defensionem id fecisse;
 secus si nulla credulitatis causa adducta, *Farinac. de test.*
qv. 68. n. III. Crotus de testib. n. 315. pro circumstantia-
 rum varietate graves præſumptiones inquisiti inno-
 centiam etiam probant, *Jac. Menoch. lib. 5. præf. 48. n. 10.*
 & denique unus testis reum liberat à torturâ & pœnâ
 ordinariâ; quod maximè procedit, si plures crimini
 interfuerint, haberi nequeant, ne fortè propter ino-
 piam probationis innocens condemnetur. cum potius
 decem nocentes dimittendi, quam unicus innocens
 condemnari debeat *l. 5. ff. de pœn.* Hæcque sententia:
 quod unus testis de innocentia inquisiti testimonium
 ferens reum à tortura & pœna ordinaria liberet, com-
 munis est Dd. opinio. *Natta Consil. 412. n. 23. Carpz. c. l.*
n. 75. Decius Conf. 459. n. 7 imò Hippol. *Sing. 19. n. 4.* dicit:
 Si reus unicum pro innocentia testem produxerit, ni-
 hil ulterius exigi. *confer. Constit. Elector. Saxon. 8. Part. 4.*
ibi: Jedoch/ wenn dieselbe etwas/ als mit einen Zeugen be-
 weisen/ oder daß der Erschlagene Feindschaft und grossen
 Widerwillen wider ihn gehabt / oder dergleichen ausführet/
 oder aber Vermuthungen der Rechte vor sich hat/ daß er als-
 dann willkührlich ohne tortur als mit Faust abhauen/ Stau-
 pen schlagen/ Verweisung/ Gefängniß/ oder eine Geld-Buse

müchte gestraffet und verurtheilet werden/ dabey wirs auch
bleiben lassen.

Th. XI.

Undecimò, unius testis, de crimine aliquo admisso, testimonio in tantum creditur, ut indicium ad exercendam torturam plenum faciat. *Struv. in Sint. Jur. Civ. Ex. 49. th. 100. Lauterb. in comp. Jur. Civ. tit. 7. de quest. neque huic sententiæ obstat responsum Pauli in l. 20. circa fin. ff. de quest. neque quod ad tormenta infligenda evidentiora requiruntur argumenta l. 18. ff. eod. atque nihil amplius quam rei confessio deesse debeat l. 1. §. 1. ff. eod. quomodo sentiunt Ant. Matthæi lib. 48. tit. 16. n. 9. Bocer. in tr. de quest. & tort. c. 3. n. 22. Wesenbec. ad tit. 7. de quest. n. 7 ego quidem pro resolutione horum textuum non cum Carpov. in *Prax. Crim. qv. 121. n. 13.* distingvo, probationem ipsius delicti inter & indiciorum, cum hæc distinctio c. II. præsertim l. 20. de quest. (ubi non agitur de delicti probatione, sed de ipsa quaestione, ad quam instituendam unius testimonium dicitur insufficientis,) non satisfacere videatur, sed potius hasce leges, præsertim d. l. 20. abrogatas esse dico per clarum textum *Nemesis Carolinæ ant. 30. ibi.* Eine halbe Beweisung/ als so einer in der Haupt-Sache die Missethat gründlich mit einen einzigen guten tauglichen Zeugen/ als hernach von guten Zeugen und Weisungen gefaget ist/ beweiset/ das heisset und ist eine halbe Beweisung/ und machet eine redliche Anzeigung/ Argwohn und Verdacht der Missethat. & Art. 23. Aber so die Haupt-Sache der Missethat mit einen guten Zeugen bewiesen würde/ dieselbe als eine halbe Beweisung machet eine gnugsame Anzeigung / etc. neque ulterius*

nos

nos turbant verba in *cit. art. eine halbe Beweisung/* in
hisc enim articulis dicitur probatio semiplena intui-
tu ipsius delicti, in hoc enim ad convincendum reum
ad minimum duo testes, omni exceptione majores
requiruntur *l. f. C. de Prob. ad hoc autem, ut hic unus
testis plenum indicium ad torturam faciat, probatio
hæc pro plena habenda, quia ulterius adminiculum ad
pariendum indicium plenum, non requirit; Remotis
itaque obstaculis requisita hujus testis adhuc exami-
nanda veniunt, requiritur autem I. ratione subjecti, ut
testis hic unus sit omni exceptione major Carpz. Pr.
Crim. qv. 121. n. 35. Menoch. lib. 1. qv. 89. n. 8. imo Con-
stitutio ipsa refert se ad art. seqq. 66. von gnugsammen
Zeugnüß/ in quo articulo dicitur: Genugsamme Zeugen
sind die unverleundet und sonst mit keiner rechtmäßigen Ur-
sach zu verwerffen seyn. Nam si testis à testimonio sal-
tim pro parte arceatur ut domesticus *l. 24. ff. de test. testis
omni except major. dici nequit, neque propter ejus
dictum reus quæstioni subjiciendus est d. art. 30. nisi
alia indicia & conjecturæ concurrunt. Menoch. c. l. n. 11.
Brun. in Tr. de Indiciis n. 317. II. ratione objecti, ut depo-
nat de actu immediato, sive ipsius delicti veritate per
verb. dict. art. So einer in der Haupt-Sache die Missethat
gründlich beweiset. Carpz. c. l. n. 17. ibique all. Dd. hoc autem
fieri dicitur: Si testis ejus actus, scil delictum perpetra-
tum, rationem per sensum corporeum, rei convenien-
tem & quidem proprium reddat, Zanger. Tr. de Quest.
c. 2. n. 20. Inde testis ipse debet interfuisse, cum delictum
perpetretur & præsens vidisse, imò non tantum inter-
fuisse, sed etiam intellexisse & sensu, quod gestum est
per-**

percepisse, ergo, qui testimonium dicit de delicto, quod tantum in oculos cadit, & rationem reddit de alio sensu, ejus testimonium nullum est *Ang. in l. 3. C. de testib. exempla vide apud Carpz. c. l. n. 18. Ill. Ratione formæ: ut exacte, id est verbis dilucidis & indubitatis de crimine testificetur Carpz. c. l. n. 19. Zang. c. l. n. 26. id quod cit. artic. verbis: Gründlich indigitat, dubitatio enim & hæsitantia absentiam & ignorantiam testis coarguit. Just. Reuber in cr. de testib. part. 3. n. 130. nec dubitatur, quin contra eum, qui variat & vacillat, maxima sit suspicio mendacij; eum verò, qui aperte sibi contradicit, jam de mendacio convictum esse; in altero enim necesse est mentiat, quandoquidem ex dialecticarum regulâ, duæ diversæ contrariæque sententiæ simul veræ esse non possunt. cit. Reuber. n. 143. Et hisce tribus requisitis concurrentibus hic unus testis judicii plenum facit indicium, ut salvâ conscientia torturam reo dictare possit, Carpz. Pr. Crim. qv. 121. n. 10. Zauger. de quest. cap. 2. n. 18. Carer. Pract. Crim. n. 110. vers. 1.*

Th. XII.

Duodecimò, creditur dicto unius, si agatur ad penam talionis evitandam, *Marsil. sing. 47. Scac. de jud. lib. 1. c. 51. n. 16. & Seb. Guazzinus in Tr. defens. inquisit. tom. 2. def. 33. c. 14. n. 10. refert se liberasse Equitem, qui dederat memoriale sanctissimo contra quendam gubernatorem Aflässij de pluribus excessibus, cum obligatione de justificando dictos excessus, quos probavit solum per unum testem. Sed quia moribus nostris, imprimis Saxonis pœna talionis, ne metu propriæ salutis ab accusatione quis desistat, & crimina impunita remaneant, in ordinatione Criminali Caroli V. penitus sublata est, hac thesis exiguum usum in Praxi præstabit, Carpz. in Prax. Crim. P. 3. qv. 105. n. 6. & qv. 106. n. 41. & seqq.*

Th. XIII.

Hæc sunt quæ per intervalla laborum de hac materia ex variis autoribus collecta tibi, B. L. offerre libuit, quæ si minus recte minusque commodè dixerò, meliora monentem sequi non recuso; aut si quædam propter temporis angustiam prætermissa, eadem pro candore Tuo aliunde supplere velis, submissè rogitò, interim DEO TER OPT. MAX fit
LAUS HONOR ET GLORIA!

Erwin, Diss., 1711/12

ULB Halle


3

004 171 527



ser





D. D. B. v. G. 8. num. 17. *Handwritten*
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS, 1712, 3

DE
UNO TESTE
PLENE PROBANTE,

J. 24
18
IN ELECTORALI ERFFURTHENSI ACADEMIA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S. R. I. COMITE de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO ET CAMERARIO, NEC
NON METROPOLITANARUM ECCLESiarUM, MOGUNTINÆ ET TREVIRENSIS CA-
NONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE SUPREMO CHORI-EPISCOPO,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO
INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQVE ERFFURTENSIS
PRO-PRINCIPE, ETC. ETC.

SUB MODERATORE

DN. JOHANNÉ HENRICO Meier/Jcto,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO REGIMINIS,
JUDICII PROVINCIALIS ASSESSORE, PROF. DECETAL. PUBL. FACULT.
JURIDICÆ p. t. DECANO ET SENIORE,
FAVORE SUO VENERANDO,

PRO
GRADU DOCTORALI

CAPESSENDO,
DIE xvii. FEBRUARII, MDCCXII.
PUBLICE DEFENDENDAM
SUSCIPIET

JOHANNES CHRISTIANUS LOHSE,
LIPSIENSIS-MISNICUS.

Typis JOH. HENR. GROSCHII, Acad. Typogr,



Handwritten signature